

no other thing so good a relation be made. For as ye understand the Scripture, though it say nay to part, it saith not nay to the whole; whereas nature denieth utterly all immortality, and so though in speaking of immortality of man it were superfluous to say "quantum per naturae legem licet," yet is not so speaking "de superioritate et modo principatus," referring the certain limits to the law of Christ, "ad cuius normam quicquid quadrat, planum et rectum est, quicquid non quadrat, pravum et iniquum." And as touching the doubt and difficulty you make to give a single answer, yea or no, for that the question propounded containeth two things, whereof the one is true, the other false, as ye say, meaning, as ye write, that in "temporalibus" we be "caput" and in "spiritualibus" we be not; it seemeth that neither your example agreeth in similitude with that ye bring it in for, nor is there in learning or common speech used the scrupulosity in answers ye write of. Truth it is, that the question in plain words containeth two parts expressly, whereof the one is true, the other false; our yea or nay cannot be answered; for there should appear a manifest lye, which God's law detesteth, and naturally is abhorred: as if it should be asked us, if we were king of England and of Denmark, our nay or yea should not suffice. But it is far otherwise both in matters of learning and common speech, where the words in the question may by divers interpretations or relations contain two things, and yet in expression contain but one: as if a man should ask us, "An Filius et Pater unum sunt?" we would not doubt to answer and say, yea, as the Scripture saith; for it is truly answered, and to make a lye is but sophistication, drawing the word "unum" to person, wherein it is a lye. If one were asked the question, Whether the man and wife were one, he might boldly and truly say, yea; and yet it is "distinctione corporum naturalium" a lye; and to the question, "Utrum ecclesia constet ex bonis et malis," yea; and yet as ye define "ecclesiam," it is a lye. The reason of diversity is this, for that it is not supposed men would abuse words, but apply them to signifie truth, and not to signifie a lye; wherein the "Arrians" offending, took occasion of heresies. For that which is in Scripture written, is a most certain truth; and as it is there written, so, and no otherwise, would Christ have answered. If

the question had been asked, "An Pater esset major illo?" he would have said, yea, as it is written. And if the "Arrians" would have taken for a truth that of him that is truth, and speaketh truth, and from whom proceedeth but truth, they would have brought a distinction with them to set forth truly, and not disprove that it was truly written by sophistication of the word. When St. James wrote, "Fides sine operibus mortua est," he wrote truth; and so did St. Paul, "Quod fides justificat absque operibus legis;" which it could not do, if it were "mortua." Either of these made a single asseveration of a sentence, by interpretation containing two; trusting that the reader would "pio animo" so understand them, as their sayings might, as they do indeed, agree with truth. It is never to be thought men will willingly and without shame lye; and therefore the sense, if any may be gathered true, or like to be true, is to be taken, and not that which is a lye. And when we write to the pope "sanctissimo," we mean not holier than St. Peter, though it sound so; and he that in our letters should object that, should be thought ridiculous. He that should say he rode beyond the sea, were not conveniently interrupted in his tale by him that would object sayling upon the sea, where he could not ride at all; and rather then men would note a lye, when they know what is meant, they would sooner by allegory or metaphor draw the word to the truth, then by cavillation of the word note a lye. Hath not the pope been called "Caput ecclesiae," and who hath put any addition to it? Have not men said that the pope may dispence "cum iure divino?" and yet in a part "iuris divini, viz. moralis et naturalis" the same men would say he might not dispence. Wherefore if in all other matters it was never thought inconvenient to speak absolutely the truth, without distinction, why should there be more scruple in our case? The truth cannot be changed by words; That we be, as God's law suffereth us to be, whereunto we do and must conform our selves. And if ye understand, as ye ought to understand "Temporalibus," for the passing over this life in quietness, ye at last descend to agree to that, which in the former part of your letter you intend to impugne; and sticking to that, it were most improperly spoken to say, we be "illius ecclesiae caput in temporalibus," which hath not "temporalia."

Papae Rom.
CLEMENT. VII. 10.

Archiep. Cant.
THO. CRANMER I.

Anno Christi
1533.

Reg. Angliae
HENRIC. VIII. 25.

Praelatorum et cleri de provincia Eborum in convocatione super duabus quaestionibus instrumentum publicum. Ex autog apud Rymer Foed. vol. XIV. p. 472.

UNIVERSIS et singulis sanctae matris ecclesiae filijs, ad quos praesentes literae, sive hoc praesens publicum transumpti instrumentum pervenerint seu pervenerit, et quos infra-scripta tangunt seu tangere poterunt quomodo-

libet infuturum, Edwardus, permissione divina Eboracensis archiepiscopus, Angliae primas, et apostolicae sedis legatus, salutem in Domino, et fidem indubiam praesentibus adhiberi. Ad universitatis vestrae notitiam deducimus et deduci

duci volumus per praesentes, quod anno Dom. M. D. XXXIII. indictione VI. pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Clementis, divina providentia illius nominis papae septimi, anno decimo, mensis vero Junii die decimo quarto, coram nobis in quadam superiori camera infra aedes residentiae nostrae vulgariter nuncupatas "Stockwell," infra dioecesim Wintoniensem notorie situatas, in notarii publici subscripti, scribae nostri in hac parte specialiter assumpti, ac testium inferiorum nominatorum praesentia, judicialiter pro tribunali sedentibus, comparuit personaliter venerabilis vir magister Johannes Olyver, legum doctor, quasdam literas procuratorias, manu, ut apparuit, invictissimi et potentissimi principis domini nostri Henrici octavi, Dei gratia Angliae et Franciae regis, fidei defensoris, et domini Hiberniae, more solito et consueto signatas, suoque signeto sigillatas, et se partem pro eadem (cum ea qua decuit reverentia et honore) fecit. Quarum quidem literarum procuratoriarum exhibitarum verus tenor sequitur in haec verba :

Henricus octavus, Dei gratia Angliae et Franciae rex, fidei defensor, et dominus Hiberniae, universis et singulis praesentes literas visuris, pateat evidenter, et sit notum ; quod nos de fidelitate, scientia, et circumspeditionis industria dilectorum nobis Johannis Olyver, legum, et Willielmi Bretteyn, utriusque juris doctorum, specialem fiduciam obtinentes, eosdem Johannem Olyver, et Willielmum Bretteyn nostros legitimos ad effectum infrascriptum, conjunctim et divisim, nominamus, et per praesentes constituimus procuratores: dantes et concedentes, prout praesentium tenore damus et concedimus eidem procuratoribus nostris, conjunctim et eorum utrique per se divisim, et in solidum, potestatem et auctoritatem sufficientes et legitimas, pro nobis et nomine nostro coram reverendissimis in Christo patribus Thoma, permissione divina Cantuar. archiepisc. totius Angliae primate, et apostolicae sedis legato, necnon Edwardo, eadem permissione Ebor. archiepiscopo, Angliae primate, et apostolicae sedis legato, aut eorum altero, aliove iudice sive aliis iudicibus competente, sive competentibus, quocumque sive quibuscumque ad infrascripta potestatem sufficientem habente, sive habentibus, comparandi ; necnon tractatus quoscunque inter nos progenitoresve nostros et alios reges et principes initos, factos, et celebratos, et conclusos ; ac instrumenta, munimenta, scripturas, chartas, literas testimoniales, privilegia, gratias, exemptiones, et consultationum literas, censuras, et determinationes academiarum quarumcunque, assertionesque et opiniones praelatorum et cleri Eboracensis provinciae, et alia scripta quaecunque, nos et personam nostram, seu causas et negotia nostra qualitercunque tangentia sive concernentia, coram eisdem, seu eorum aliquo realiter exhibendi. Et quod nostra principaliter interest, eisdem seu eorum transumptis in diversis remotis ac longe abinvicem distantibus locis, etiam transmarinis uti, quodque eadem adhuc duplicata non

habemus, valdeque periculosum nobis foret eadem originalia ab uno loco ad alia, eademque remota et forsitan transmarina, propter maris et viarum discrimina, aliaque nonnulla pericula et casus adversos frequenter accidentes, et contingentes, transferri et transportari, allegandi et proponendi, ac desuper, si opus fuerit, fidem faciendi, hujusmodique tractatus, instrumenta, munimenta, scripturas, chartas, literas, gratias, exemptiones, privilegia, censuras, et determinationes, assertionesque, et opiniones, ac scripta quaecunque originalia, sana videlicet et integra, ac omnibus exceptione et suspitione sinistris carentia, auctoritate sua ad omnem juris effectum, qui exinde sequi poterit aut potest, exemplificari et transumi, necnon una vel plura, publicum seu publica instrumentum sive instrumenta exinde confici et auctentice sigillari, petendi et obtinendi, tantamque fidem hujusmodi transumptis adhibendam fore de jure deberi, quanta hujusmodi originalibus adhiberetur, decerni et pronunciarum, etiam petendi et impetrandi ; caeteraque omnia et singula faciendi et expediendi, quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se magis exigant speciale, quam praesentibus est expressum. Ratum et gratum habentes et habituri totum, et quicquid per dictos procuratores nostros, aut eorum alterum gestum seu expeditum fuerit in praemissis, vel aliquo praemissorum, per praesentes signeto nostro sigillatas. Dat. in manerio nostro de Grenewich decimo die Julii, A. D. M. D. XXXIII. et regni nostri anno xxv.

Et deinde dictus procurator nomine et pro, ac ex parte dicti invictissimi et potentissimi domini nostri regis, quoddam instrumentum publicum signis et subscriptionibus Tristani Teshe, Reinaldi Beyseley, et Christoferi Beyseley, notariorum publicorum, ut apparuit, subscriptum et signatum, de et super assertionibus et opinionibus praelatorum et cleri nostrae provinciae Eborum super duabus quaestionibus in convocatione praelatorum et cleri dictae nostrae provinciae Eborum propositis, realiter produxit et exhibuit, ac penes nos et dictum scribam nostrum dimisit, et allegavit, quod cum eidem invictissimo et potentissimo domino nostro regi expediens foret et conducibile, dictum instrumentum publicum, quod non habuit, neque habet (uti tunc asseruit) duplicatum, de uno loco ad alium, et praesertim de isto regno Angliae ad alia multum inter se distantia regna sive loca uno eodemque tempore ostendi et declarari, ad effectum quod omnia et singula in dicto instrumento publico cunctis Christi fidelibus innoscerent, possitque hujusmodi instrumentum publicum, si ad effectum superius expressum ad diversas partes multum inter se (ut praemittitur) distantes deferretur et transportaretur, ob viarum discrimina et casus adversos, qui frequenter accidunt, verisimiliter deperire ; nobis pro parte praefati excellentissimi domini nostri regis debita cum instantia supplicavit, quatenus dictum instrumentum publicum diligenter inspicere, contractare,

INSTRUMENTUM PRAELATORUM ET CLERI PROV. EBOR. 767

contractare, et examinare curavimus: Et si illud per nos inspectum et debite examinatum reperiremus non vitiatum, non rufum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua ipsius parte suspectum, huiusmodi instrumentum publicum per notarios publicos subscriptum transumi, exemplari, et subscribi, atque in publicam et auctenticam formam redigi praecipere et mandare; necnon ut huiusmodi transumptis, sicut dicto instrumento publico, in posterum, tam in iudicio quam extra, plena fides adhibeatur, decernere, ac decretum nostrum et auctoritatem interponere dignemur.

Tenor vero dicti instrumenti publici, una cum subscriptionibus praedictorum notariorum publicorum sequitur, et est talis:

In Dei nomine, Amen. Per praesentis publici instrumenti feriem cunctis, et praesertim invictissimo, metuentissimo, ac potentissimo principi et domino nostro supremo Henrico VIII. Dei gratia Angliae et Franciae regi, fidei defensori, et domino Hiberniae illustrissimo, caeterisque sui regni nobilibus et proceribus appareat evidenter et sit notum; quod A. D. M. D. XXXIII. indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dom. Clementis, divina providentia huius nominis papae septimi, anno decimo, mensis vero Maii die 13. in domo capitulari ecclesiae metropolitanae Eborum, in nostrorum notariorum publicorum et testium inferius nominatorum praesentis, coram venerabilibus viris Willielmo, abbate monasterii B. Mariae prope et extra muros civitatis Eborum, Briano Higdon, legum doctore, decano ecclesiae metropolitanae Eborum praedictae, Willielmo Strangeweys, Nicolao Evererd, et Edwardo Kellett, decretorum doctoribus, commissariis sive praesidentibus in convocatione provinciali praelatorum et cleri civitatis, dioecesis, et provinciae Eborum, auctoritate reverendissimi in Christo patris et domini, domini Edwardi, permissione divina Eborum archiepiscopi, Angliae primatis, ac apostolicae sedis legati, sufficienter et legitime in hac parte deputatis, praelatisque et clero provinciae Eborum praedictae tunc et ibidem in convocatione praelatorum et cleri dictae Eborum provinciae in dicta domo capitulari congregatis, et personaliter praesentibus; comparuit personaliter egregius vir magister Rollandus Lee, decretorum doctor, a consiliis dicti domini nostri regis, ac nomine eiusdem, nobiliumque et procerum dicti regni Angliae, eosdem commissarios sive praesidentes ad mandatum illius illustrissimi principis, ut asseruit, requisivit, quatenus nobis notariis publicis infra scriptis mandarent et praeciperent, quod acta originalia in eadem convocatione habita et facta scrutaremur, et instrumentum vel instrumenta unum vel plura, publicum seu publica, de et super compertis in actis originalibus eiusdem convocationis, de et super assertionibus et opinionibus dictorum praelatorum et cleri, quoad quaestiones infra scriptas conficeremus. Ad cuius petitionem dicti commissarii sive praesidentes, juxta et secundum requisitionem ex parte eiusdem invictissimi principis, et dictorum nobilium

et procerum, ut praefertur, factam, nobis notariis publicis subscriptis mandaverunt et praeciperunt in praelatorum et cleri eiusdem convocationis tunc et ibidem existentium praesentia, nemine eorundem reluctante, dissentiente, aut contradicente, quatenus acta originalia huiusmodi diligenter et fideliter scrutaremur, ac de et super compertis in eisdem actis originalibus unum vel plura, publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficeremus. Quare nos notarii publici subscripti mandatis dictorum commissariorum sive praesidentium obtemperare volentes, acta originalia in dicta convocatione (nobis praesentibus) habita et facta scrutavimus, et per illud scrutinium comperimus et invenimus, quod nuper in dicta convocatione provinciali praelatorum et cleri civitatis, dioecesis, et provinciae Eborum in domo capitulari ecclesiae metropolitanae Eborum antedicta, septimo die mensis Februarii, A. D. M. D. XXXI. inchoata, et de diebus in dies hactenus continuata et prorogata, propositae fuerunt duae quaestiones, quarum unius decisio et determinatio spectat ad theologos, alterius vero ad canonistas et jurisconsultos, ut praelati et clerus antedicti easdem quaestiones cum matura deliberatione pro veritate in hac parte eruenda et habenda, quatenus ad eorum facultates respective attineret, diligenter examinarent, et opiniones suas, quid ipsi de et super eisdem sentirent, ostenderent et declararent.

Prima vero quaestio ad theologos pertinens talis est: "An ducere uxorem cognitam a fratre decedente sine prole sit prohibitio juris divini indispensabilis a papa?" Ad quam, post nonnulla argumenta et disputationes hinc inde per praelatos et clerum praedictos habita et facta, praelati et clerus antedicti existentes theologo, in numero viginti et septem personaliter tunc et ibidem praesentes, habentes etiam procuratoria episcoporum, abbatum, et aliorum praelatorum et clericorum absentium ad numerum viginti quatuor, quibusdam in numero duobus duntaxat exceptis, asseruerunt: "Casum huiusmodi de jure divino esse indispensabilem per papam." Prout ex actis originalibus in registro dictae convocationis remanentibus plenius liquet.

Secunda vero quaestio ad canonistas et jurisconsultos pertinens est haec: "An carnalis copula inter illustrissimum principem Arthurum et serenissimam dominam Catharinam reginam ex propositis, exhibitis, deductis, et allegatis sit sufficienter probata?" Ad quam praelati et clerus, canonistae et jurisconsulti personaliter in dicta convocatione praesentes, et numerum XLIV. facientes, quorum quidam etiam exhibuerunt procuratoria quinque vel sex praelatorum et cleri, duobus duntaxat exceptis, affirmarunt "se sentire ex propositis et exhibitis coram eis in convocatione praedicta, carnalem copulam inter dictum illustrissimum principem Arthurum et serenissimam dominam Catharinam, quondam eius conjugem, fuisse et esse sufficienter probatam." Prout ex actis originalibus in eadem convocatione et nobis notariis publicis subscriptis

scriptis praesentibus habitis, et factis manifeste liquet et apparet. Super quibus omnibus et singulis praedictus magister Rollandus Lee, nomine quo supra, nos notarios publicos subscriptos unum vel plura, publicum seu publica instrumentum sive instrumenta exinde conficere requisivit.

Acta fuerunt haec omnia et singula, prout suprascribuntur et recitantur, sub anno Domini, indictione, pontificatu, mense, die, et loco praedictis. Praesentibus tunc ibidem magistris Leonardo Horseman, artium magistro, ac Thoma Farrihere, in decretis bacalario, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Tristanus Teshe, Eboracensis dioecesis publicus auctoritate apostolica notarius, quia requisitioni et petitioni dicti egregii viri magistri Rollandi Lee, supradictorumque commissariorum sive praesidentium mandatis et praeceptis, necnon actorum originalium, de quibus supra fit mentio, scrutinio, caeterisque praemissis, dum sic, ut praemittitur, sub anno Domini, indictione, pontificatu, mense, die, et loco praedictis agebantur et fiebant, una cum praenominatis testibus, qui tempore requisitionis et petitionis praedictarum praesentes fuerunt, praesens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, audivi, et inactitavi; igitur hoc praesens publicum instrumentum manu alterius, me aliunde occupato, fideliter scriptum, exindeque confectum publicavi, et in hanc publicam formam redactum subscripsi, ac signo et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium praemissorum.

Nos igitur Edwardus, archiepiscopus, primas, et legatus antedictus, petitionem et supplicationem praedictas iustas, et rationi consonas fuisse et esse censentes, dictum instrumentum publicum, ut praemittitur, coram nobis exhibitum in notarii publici ac testium subscriptorum praesentia palpavimus, inspeximus, et ad effectum infra scriptum examinavimus diligenter. Et quia dictum instrumentum publicum non rasum, non abolutum, non cancellatum, nec in aliqua ipsius parte saltem substantiali suspectum, sed omni prorsus vitio et sinistra suspicione ad extra sensibile carentes invenimus, ideo ad omnem juris effectum, qui exinde sequi poterit, pro tribunali, ut praefertur, sedentes, nostris auctoritate et decreto dictum instrumentum publicum publicavimus, ac illud per notarium publicum subscriptum, scribam nobis in hac parte assumptum, transumi, exemplari, subscribi, et in publicam et auctenticam formam redigi, ejusque signo et nomine signari mandavimus et fecimus; quibus quidem transumptis sic, ut praefertur, in publicam for-

mam redactis, sicuti dicto instrumento publico, plenam et indubitatum fidem adhibendam, tam in iudicio quam extra, decrevimus, sicque per praesentes decernimus ubilibet in agendis.

In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium, nos Edwardus, archiepiscopus, primas, et legatus antedictus, has praesentes literas nostras testimoniales, sive hoc praesens publicum transumpti instrumentum, dicti publici instrumenti verum tenorem in se continentes, sive continens, exinde fieri, ac per notarium publicum subscriptum, ac scribam nostrum in hac parte assumptum, subscribi et signari mandavimus, nostrique sigilli iussumus et fecimus appensione communiri.

Data et acta fuerunt haec omnia et singula, prout suprascribuntur et recitantur, sub anno Domini, indictione, pontificatu, mense, die, et loco in prima parte hujus publici instrumenti descriptis: praesentibus tunc ibidem discretis viris Jacobo Ince, Richardo Cryton, et Johanne Wright, Coven. et Lich. ac London. respectively dioecesium, testibus ad praemissa videnda, audienda, et testificanda vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Thomas Argall, Wintoniensis dioecesis, publicus auctoritate apostolica notarius, per praefatum reverendissimum patrem in praesenti negotio scriba et actuarius specialiter assumptus, quia praedictarum literarum procuratoriarum, necnon instrumenti publici praedicti exhibitioni, petitioni, examinationi, et decreto, caeterisque praemissis omnibus et singulis, dum sic, ut praemittitur, sub anno Domini, indictione, pontificatu, mense, die, et loco in prima parte hujus publici transumpti instrumenti specificatis, per praenominatum reverendissimum patrem et coram eo agebantur, et fiebant, una cum praenominatis testibus personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi; ideo hoc praesens publicum transumpti instrumentum manu alterius, me aliunde occupato, fideliter scriptum, ac per me una cum dicto instrumento publico superius specificato fideli collatione sive examine collatum, necnon sigillo dicti reverendissimi patris, eo iubente, communitum, de mandato et requisitione dicti reverendissimi patris subscripsi, et quantum in me esset, vel ad me attineret, publicavi, atque in hanc publicam et auctenticam formam redigi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium praemissorum.

Ad inum signi: "Ut ne quid nimis."

Sub sigillo praefati archiepiscopi de cera viridi (pyxidi incluso) pendente a filis sericis albi coloris intertextis.